



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab Anno 561 Usque Ad Annum 633

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1759

VD18 90117832

§.57. Concilium Narbonense.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66072](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66072)

Sæculum VI. filios suos in unitate Fidei congregatos
 A. C. 589. complectebatur. Rex Recaredus Decre-
 tum edidit, quo omnia in hoc Concilio
 definita confirmat, addita pœna excom-
 municationis in Clericos refractarios,
 Laici bonis suis a Fisco priventur, aut
 pro conditione Personarum in exilium
 migrare cogantur.

p. 1015.

§. LVII.

Concilium Narbonense.

Ut ea, quæ in Concilio Toletano decre-
 ta fuerant, executioni mandarentur,
 Episcopi ex illa Galliarum Parte, quæ
 Gothis parebat, Narbonæ prima die Nov.
 eodem anno 589. Recaredi quarto con-
 gregati sunt. Octo, non plures, erant
 Episcopi, scilicet, Migeceus Episcopus
 Narbonensis Metropolitæ, Sedatus Biter-
 rensis, Benenatus Elnanus, Boetius Maga-
 lonensis, Pelagius Nemaufensis, Tigri-
 dius Agathensis, Sergius Carcaffensis,
 Agrippinus Lutevensis, qui omnes in A-
 ctæ Concilii Toletani vel ipsi præsentem,
 vel per Legatos consenserant. In isto
 Concilio Narbonensi quindecim condide-
 runt Canones, atque illa, quæ ex iis me-
 morari merentur, sunt sequentia.

to. 5. Conc.
 p. 1028.

Can. 2.

c. 4.

In fine cujuslibet Psalmi, & in Divi-
 sione longiorum Psalmorum canteretur
Gloria. Haud dubie hæc brevis Oratio
 pro

pro Fidei Catholicæ compendio contra ^{Sæculum VI.}
 Arianos habebatur. Cuncti, tam Libe- A. C. 589.
 ri quam Servi, Gothi, Romani, Syri,
 Græci, aut Judæi, Die Dominica a la-
 bore abstineant. Transgressores si libe-
 ri sint in mulctam sex solidos pendant,
 servus flagris cædatur, & plagas centum
 accipiat. Ex his cognoscimus, quæ Na-
 tiones in illa Galliarum Parte extiterint.
 Gothi primo loco nominantur tanquam
 Domini, Romani dicuntur veteres illius
 Regionis coloni, Syri Græcique Pere-
 grini sunt, qui mercaturæ causa illo ve-
 niebant. Ex eo, quod in hoc Canone
 etiam pœnæ temporales statuuntur, li-
 quet, quod Judicēs Sæculares in Conci-
 lio adfuerint, sicut in Concilio Toleta-
 no Canone decimo octavo decretum
 fuerat.

c. 9. 14.

Nullus Presbyterorum aut Diacono-
 rum durante Missa ex Sanctuario disce-
 dat, & antequam ad finem perducatur,
 Diaconi, Subdiaconi, aut Lectores Al-
 bam non exuant. Hic videmus omnes
 Clericos Alba, sed tantum sub officio
 Divino, usos fuisse. Subdiaconi, Ostiarii,
 alique Clerici fideliter ministrent, &
 Senioribus suis ingredientibus vel egre-
 dientibus valvas reducant. Valvas hic
 voco siparia, quæ ante Ecclesiarum ja-
 nuas dependebant. Id si facere contem-

c. 12.

c. 13.

M 5 pferint,

- Sæculum VI. A. C. 589.
- c. 10. pferint, Subdiaconis stipendium subtrahatur, minores vapulent. Clerici Episcopis suis obediant, & ad illas Ecclesias se conferant, in quibus ministrare jubentur. In hoc Concilio leguntur plures alii Canones, quibus inobedientia & superbia Clericorum reprimitur. Qui litteras legere non didicit, Presbyter aut Diaconus non ordinetur. Clerici purpura non vestiantur, & in foro publico fabulis non vacent. Abbatibus illorum Monasteriorum, in quibus Clerici castigandi includuntur, curæ sit, ut in luctu & pœnitentia vivere cogantur. Nemo Ariolos aut Magos consulere audeat. Qui se hanc artem callere comminiscuntur, fustibus cædantur, venundentur, & pretium in pauperes erogetur. Nemo diem Jovis tanquam Deo Jovi sacrum celebrare præsumat.
- c. 5. 7.
- c. 11.
- c. 1.
- c. 3.
- c. 6.
- c. 14.
- c. 15.

§. LVIII.

Gregorius Antiochenus.

- Evagr. VI.* Mense Junio ejusdem anni 589. celebratum est Concilium Constantinopoli in Causa Gregorii Patriarchæ Antiocheni. Ortis inter ipsum & Asterium Comitem Orientis jurgiis Comes Urbis Primores & plebem in suas pertraxit partes, ita ut in plateis atque etiam in theatris convicia in Episcopum ingererent.
- c. 7.